UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LXIX. Tenentur Ep[iscop]i & Curati venia[rum] Ap[osto]lica[rum] Co[m]missarios/ cu[m] om[n]i reuerentia admittere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

¶ CON: LXVIII.

Sunt reuera minime ad grãm dei & Crucis pietatem compatę.

Immo compatę ad dei grãm, ſunt nihil & nullę, cũ potius contraria opentur gratię dei, tñ ꝓpter ignauos & pigros tolerare, Et patet ex dictis.

¶ CON: LXIX.

Tenentur Epi & Curati veniarũ Aplicarũ Cõmiſſarios, cũ omĩ reuerentia admittere.

Quia auctoritati papali, in omĩbus cũ reuerentia cędendũ eſt, Qui em̃ poteſtati reſiſtit, reſiſtit dei ordinationi, qui autem deo reſiſtũt, ipi ſibi damnationẽ acquirũt, ſic dñs ipe, Qui vos ſpernit, me ſpernit, Igitur licet ĩ rebus exiguis, nihilo tñ minꝰ, q̃ in magnis, auctoritati cedendũ. Hinc illud etiã venit, ꝙ & ſi Papa ferret iniuſtas ſententias, timẽdę tamẽ ſunt, & vt Carolus, inquit Imperator, Quicq̃d impoſuerit, q̃tũuis graue ſit, ferendum eſt, ſicut & experientia videmus fieri ab Eccleſia, quę certe infinitis oneribus hodie premitur, & tamen pie & humiliter fert quieta, Id tamẽ intelligendum eſt, ne quis in erroneam conſciẽtiã veniat, quaſi ideo ſint timendę iniuſtę ſentẽtię, quia ſint approbandę tanq̃ iuſtę, ab ĳs, qui debent eas timere, Cum ipemet Pontifex, aliquos decernat ab Eccl'ia ligari, qui tñ corã deo ligati ñ ſũt, & cogit eos ligationẽ ferre, nec eis nocet talis ligatio, quia eſt pœna tñ, & timeri debet, non aũt ſcrupulũ cõſcientię facere, ſicut timere debemus deũ, in omĩ alia violentia, etiã ꝓphana, & non ꝑ contẽptũ ſuperbe reluctari, Ita & onera ſunt ferenda, non ꝙ recte fiant, & approbanda ſint, ſed vt flagella a deo inflicta, & humiliter portanda, Quare ſnię iniuſtę & onera ſunt timenda, non ꝓpter illud verbũ, Quodcũq; ligaueris, ſed ꝓpter illud generale p̃ceptũ, Eſto conſentiens aduerſario tuo in via, Et illud, Qui te percuſſerit ĩ maxillã dexterã, p̃be ei & ſiniſtrã &c̃, Et Ro: xĳ. Non defendentes voſmet ipos &c̃, Si em̃ hoc eſſet conſiliũ (vt multi etiam Theologi videntur errare) tũc liceret eadẽ libertate, reſiſtere Papę in ſuis oneribus & ſententĳs iniuſtis, qua Turco, vel alĳs aduerſarĳs, ſed nullis prorſus ẽ reſiſtẽdũ, licet non ſit eorũ opus approbãdũ, ne ſit error in conſciẽtia, Sed hęc materia neceſſaria valde, aliud tempus, & opus poſtulat.

¶ CON: LXX.